

DONUM

Deus non cui detur, sed quo animo detur, attendit.

Deus dare vult, sed non dat, nisi petenti.

Quando non dat Deus, ideo non dat, ne obsit, quod dat.

ELEEMOSYNA

Qui porrigit eleemosinam christiano, non christiano porrigit,
qui non in eo diligit Christum.

Transit somnus iste, transit vita ista et nihil invenerunt
in manibus suis, qui nihil posuerunt in manibus Christi.

Accipitur magis plaga charitatis, quam eleemosina superbiae.

Da petenti, ut possis ipse accipere, tribue pauperi, si non vis
flammis exuri; da in terra Christo, quod tibi reddat in coelo.

Noli velle eleemosinas facere de foenore et usuris.

Si in cellario, vel in horreo non habes, quod dare possis,
de thesauro cordis tui potes proferre, quod tribuas.

Funde, quod habes, ut capias, quod non habes.

Sacrificium christiani est eleemosina in pauperem.

Cultor eleemosinarum felix vivit et securus moritur.

AJÁNDÉK

Nem azt nézi az Isten, hogy kinek,
hanem hogy milyen szívvel adsz.

Szívesen ad az Isten, de csak annak, aki kér.

Ha az Isten nem ad, azért nem ad, hogy ne ártson vele.

ALAMIZSNA

Aki a kereszténynek alamizsnát nyújt, nem kereszténynek adja
azt, ha a szegényben nem Krisztust szereti.

Elmúlik ez az álom, letűnik ez az élet, s üres lesz a kezed, ha
semmit sem adtál Krisztus kezébe.

Jobb a szeretet ostora, mint a kevélytől kapott alamizsna.

Adj annak, aki kér, hogy te is kaphass: adj a szegénynek,
ha nem akarsz a pokolban égni; adj Krisztusnak e földön,
hogy majd visszafizesse neked az égben.

Uzsorára, kamatra alamizsnát ne adj.

Ha üres a kamrád, üres a magtárad, szíved
kincstárából még mindig van mit adnod.

Válj meg attól, amid van, hogy megkaphasd azt, amid nincs.

A kereszténynek a szegény kezéhez juttatott
alamizsnája áldozat számba megy.

Aki gyakran alamizsnálkodik, az boldogan él,
s nyugodt lesz a halála.

HUMILITAS

Haec est libertas nostra, cum subdimur veritati.

Subdita nobis erunt omnia, si nos subditi sumus Deo.

Maxime humilitas revocat, unde nos deiecit superbia.

Melior est in malis factis humilis confessio,
quam in bonis factis superba gloriatio.

Humilis licet habitu vilis sit, gloriosus tamen
est virtutibus apud Deum.

Simulare non debes humilitatem, sed exhibe,
nam simulatio humilitatis superbia est.

Totum de misericordia Dei accipimus; merita tua nunquam
iactes, quia et ipsa tua merita Dei dona sunt.

Qui superbus non est, humilis est.

Pergite viam sublimitatis pede humilitatis.

Bonum est humiliari peccatorem et nemo est
insanabilior eo, qui sibi sanus videtur.

Melior est tremor humilitatis, quam confidentia superbiae.

Tanta est humanae humilitatis utilitas, ut eam suo
commendaret exemplo etiam divina sublimitas.

Magnus vis esse? a minimo incipe.

Si ambulas in humili, pervenies ad excelsum.

ALÁZATOSSÁG

Akkor vagyunk igazán szabadok, ha az igazság szolgái vagyunk.

Minden nekünk fog szolgálni, ha az Istennek szolgálunk.

Legtöbbször az alázatosság térít vissza bennünket oda,
ahonnan a gőg letaszított.

Jobb a hibának alázatos beismerése,
mint a jó tettekben való büszke kérkedés.

Ha mégoly szerény is az alázatos megjelenésében,
mégis dicsőséges az Úr előtt erényei által.

Ne csak színleg, hanem valóban légy alázatos, mert az
alázatosság színlelése még nagyobb gőgre vall.

Mindent Isten irgalmából kapunk; sohase hányd fel
érdemeidet, mert ezek is csak az Isten ajándékai.

Aki nem büszke, az alázatos.

Az alázatosság lábával járd a magas méltóság útjait.

Jó dolog, ha megalázkodik a bűnös; senki sem
gyógyíthatatlanabb beteg, mint aki egészségesnek látja
önmagát.

Jobb az alázatos félelem, mint a gőgös elbizakodás.

Nagy az emberi alázatosság értéke: ezt az erényt maga az
isteni felség saját példájával állította eléink.

Ha nagy akarsz lenni, kicsin kell kezdened.

Ha alacsonyan jársz, a magasba visz utad.